

Buthillierius, qui eadem poëmatia scholiis Graecis explicata duodecim annorum puer emisit: 50 denique Hadr. Foppensius, 51 Macropetraeus, et Dacieria, quae, vt Macropetraeus, 52 versioni odarum poëtae Francogallicae animaduersiones adiecit. 53 Hoc vero ipsum an ab Regnierio, 54 atque aliis, 55 quorum cura emissa sunt Anacreontis carmina saeculo septimo decimo, factum sit, quum exempla eorum mihi quidem non licuerit inspicere, alii viderint.

Primus enim, quod sciam, textum Graecum horum odariorum, a Stephano traditum, sponte mutare multis in locis ausus est Guil. Baxterus, qui ea Londini edidit bis, primum anno quinto, et nonagesimo,

tas: vid. odar. 3, 25. 9, 6. 15, 31. 21, 6. 9, 22, 5. 29, 35. 32, 18. 50, 1, 2. 52, 2. 15, 53, 11. 54, 1. f.: et numerum fragmentorum a Stephano, Vrsinoque, collectorum paucis quibusdam aliis auxit.

50. Parisiis, primum A. C. 1639, 8., iterum A. C. 1647. Index vtriusque exempli est hic, Ἀνακρέοντος Τηλὸς τὰ μέλη μετὰ σχολίων Ἰωάννη Ἀρμάνου Βυθιλλιερίου Ἀρχιμανδρίτου. Et prioris quidem editionis exemplar fuit in bibliotheca Bozii: vid. Catal. eius p. 169.: alio vsus est Metarius in adornanda editione sua Anacreontis secunda. Sed scholia Graeca, quae praeceptorum Buthillierii tribuuntur ab auctore notarum ad opus Baelletii, quod inscribitur *Jugemens des Savans sur tous les principaux ouvrages des Auteurs*, To. 6. p. 174., in exemplo secundo auctiora esse videntur. Certe Olearius, dissert. de poëtriis Graecis p. 20., Lipsiae A. C. 1708. 4. edita, et in notis ad Philostrat. p. 39, 7., inde laudat, σοφιστὰς δὲ, καὶ σοφῆς, ἔλεγον τὰς ποιητὰς, quae in primo exemplo non leguntur. Haec autem scholia ab antiquo quodam grammatico profecta esse,

putavit Joh. Ern. Imman. Valchius in Introd. in linguam Gr. p. 170. edit. sec. Caeterum scholia illa pertinent tantum ad odaria quinque, et quinquaginta, ab Henr. Stephano edita.

51. Foppensii opera odae Anacreontis Graece, et Latine, exiere, sublatis tamen, vel mutatis, iis, quibus casta mens, et aures verendae, offendi posse viderentur, Antuerpiae A. C. 1650. 12. vid. Metarius Ind. Annal. typographic. p. 38. To. 1.

52. Paris. A. C. 1680, 1684. 1692. 12. Vid. Acta erudit. Lipsiens. A. C. 1693. p. 13, f.

53. Paris. A. C. 1682. 12.: vid. Acta erudit. Lipsiens. A. C. 1683. p. 402, f.: Amstel. A. C. 1693. 1699.: A. C. 1706.: Roterod. A. C. 1714.: Amstel. A. C. 1716.: qua in editione accessere etiam Fossaei notae, quae primum Parisiis editae erant A. C. 1704. 12. Vid. Clerici biblioth. Ancienne, et Moderne, To. 5. P. 2. p. 439. ff.

54. Paris. A. C. 1683, 1693. 8. vid. Catal. biblioth. Prustellianae p. 158.

55. Andegavi A. C. 1611. 4.: Paris. A. C. 1626.